



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De bonis Ecclesiæ immobilibus. Tit. 2

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

TITULUS II.

De bonis Ecclesiæ immobilibus.

SUMMARI A.

1. *Bona Ecclesia seu Beneficiorum quæ.*
2. *Ea non possedit olim Ecclesia. Permisit Constantinus.*
3. *Ad quid.*
4. *Eorum curam gerunt Praesules: Et qualem.*
5. *An præscribi possint.*
6. *An etiam præscriptione locus in bonis aliorum piorum locorum.*
7. *Ut procedat, quarumque.*
8. *Quæ currat contra Ecclesiam Romanam.*

- 1.** *Ona Ecclesia, seu Beneficiorum Ecclesiasticorum, sive agri, vel prædia, domus & oppida, corumque possessiones.*
2. *Initio nascentis Ecclesiæ, talia non possedit Ecclesia; sed ei oblata vendebantur, ex pretio inde redacto alebanum pauperes & Ecclesiæ Ministri. Postea temporibus Papæ Urbani I. incepit prædia possidere: can. videntes. 12. qu. 1. permittente hoc precepto Imperatore Constantino Magno. can. futurum. 12. qu. 1. can. Cunctius dist. 96. c. fundamenta. de elec. in 6. l. 1. Cod. de Sacro Canone. Ecclesiæ.*
- 3.** *Ex quo tempore cœperunt fideles proprias facultates Ecclesiæ videret pro Ministris ipsius Ecclesiæ sustentandis, & ad cultum divinum exercendum, & alimenta pauperibus eroganda: & propter hæc bona dicuntur vota fidelium, peccatorum pretia, pauperum patrimonium. can. indignè. 12. qu. 2. can. quia juxta. 16. qu. 1.*
- 4.** *Eorum curam paternam Ecclesiæ gerunt Praesules; can. quod autem. vers. si antem. 23. qu. 7. Qui cis non tanquam propriis, sed ut commendatis uti: can. sine exceptione. 22. qu. 2. vel tanquam communitia pauperibus erogare debent; can. res Ecclesiæ. d. caus. & qu. ut infra.*

Corynus:
De Personis
et Beneficiis Ecclesiæ

G IV.
32

titulo de fructibus Beneficiorum ostendemus: Debent etiam ea conser-
vare, tueri; si quæ debeantur Ecclesiæ, ea, non propriâ, sed judicis au-
toritate, exigere, recuperare. can. I. cum seqq. 16. qu. 6. c. I. de pre-
script.

Præscribi tamen à bona fidei possessore, per tot. 16. qu. 4. can. qua-
sum. in fin. I. qu. 3. c. illud. c. vigilanti. c. si diligenti. de prescript. olim
annis triginta; can. I. caus. 16. qu. 4. can. quæsum. in fin. I. qu. 3. hodie
quadraginta, c. de quarta. c. illud. de prescript. Covarruv. in reg. possessor.
part. 2. §. 2. num. 3. vers. imo. Padil. in l. 2. à num. 45. Cod. de servit. Monet.
de decimis. qu. 9. num. 154. Lessius de just. & Jure. lib. 2. cap. 6. dub. 8.
num. 251. possunt.

Quæ præscriptio etiam locum habet in rebus hospitalium, & alio-
rum locorum piorum, in pauperum usus institutorum: Tyr aquel. de pia
causa. privileg. 30. Covarr. d. part. 2. §. 2. num. 3. Valasc. consil. 105. num.
42. Molin. de just. & jure tract. 2. disput. 72. num. 3. in una Ecclesia præ-
scribente contra aliam: Rota decif. 208. num. I. part. I. recent. in præ-
scribendo fundo in dotem Ecclesiæ dato: c. sicut. ubi Gloss. de consecrat.
Eccles. c. ad aures. ibi: omnes prorsus. de prescript. Balbus de prescript. I.
parte 5. num. --- Paris. cons. 27. num. 5. lib. I. in privato rem indivisibilem
cum Ecclesia communem habent: Balb. d. loco. num. 35. Abbas in d. c.
de quarta. num. 19. in Ecclesia, privato, cuius res immobilis præscribi
cooperat, succedente. Bart. Bald. Jason. & commun. Dd. in Auth. quas
actiones. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Abbas consil. 114. num. 2. lib. 2. & in
d. c. de quarta. Balb. d. loc. num. 33. per Auth. quod si. Cod. de longi tempor.
præscript.

Sed ut procedat, debent res pertinere ad Ecclesiæ principaliter, 7
non secundario: Gloss. in c. audientiam. verb. principaliter. de prescript.
esse in Ecclesia domino, non quasi, in quibus tempus sufficit ordinari-
um; sed vero & proprio. Bald. in l. sive autem. §. si duobus. ff. de public.
in rem auct. Angel. Imola & alii in l. usucacionem. ff. de usucacion. Jason. in l.
ult. num. 13. & Auth. quas actiones. num. 2. Cod. de Sacros. Eccles. Balb.
ubi supra. num. 14. Barbo. juris Ecclesiast. univ. lib. 3. cap. 28. num. 21.
esse immobiles, aut quæ pro talibus habentur. c. illud. c. ad aures. c. de
quarta. de prescriptio.

Con-

8 Contra Ecclesiam Romanam, ex speciali Imperatorum & Pontificum Romanorum privilegio currit tantum centenaria præceptio
can. fin. 16. qu. 3. c. ad audienciam. c. fin. eod. d. Auth. quas actiones. d. l. p.
Cod. de Sacros. Eccles. Boër. decis. 264. num. 24. & 25. Corvin. in d. reg.
possessor. part. 2. §. 2. num. 3. Balb. de prescript. I. part. 5. num. 15. con.
seqq. Pinell. in Auth. nisi num. 27. Cod. de bonis maternis. Barbo. ad.
num. 23.

TITULUS III.

De bonorum Ecclesiasticorum usurpa-
tione, aut subtractione.

SUMMARIA.

- | | | |
|--------------------------------------|---|---|
| 1. Bona Ecclesiae quibus | 5. In quantum Canonis
debeant esse nota. | Bonorum Ecclesiastico-
rum Usurpationem ex-
curentur. |
| 2. Redigenda in Inventa-
rium. | | |
| 3. Eorum Usurpatio veti-
ta; | 6. Opem ferentes iudeo-
quibus Usurpatos pa-
nis subjacent. | |
| 4. Usurpatores quomodo
puniantur. | | |

I **B**ona Ecclesiae à Bonis Prælatorum debent distingui: can. fin.
manifesta. 12. qu. 1. & nota esse, non solum ipsi Prælates,
sed & Canonicorum Capitulo: can. manifesta. d. conf. 10
qu. 1. nec non Ecclesiarum Patronis, vel alii earum curam
habentibus.

2. Redigenda propterea, coram Judice Ecclesiastico: Mor. dec.
Delphin. 105. part. 1. Marta de Jurisdictione. part. 4. casu 122. num. 16. in
inven-

Corynus
De Personis
et Beneficiis Ecclesiasticis

G. T. V.
32